

signa nimis aspera et nimis horrenda.

(22 strophen, deren letzte:)

- 22 Ergo quisque properet reus emendari,  
studeat criminibus omnibus lavari,  
et venturum judicem curet incunctari,  
ut in die valeat malis liberari.

f. 195<sup>b</sup> Consilium primatis de uxore non ducenda et matrimonio non contrahendo (1).

- 1 Sit deo gloria et benedictio,  
*Johanni pariter, Petro, Laurentio,*  
quos misit trinitas in hoc naufragio,  
ne me permitterent uti conjugio.
- 2 Vxorem ducere quondam volueram,  
ut viam sequerer quorundam miseram,  
decoram virginem, pinguem et teneram,  
quam inter alias solam dilexeram.
- 3 Hinc quidam socii dabant consilium,  
ut cito currerem ad matrimonium;  
viam conjugii laudabant nimium,  
ut in miseriis haberent socium.
- 4 Tam cito nuptias volebant fieri,  
ut de me misero gauderent miseri,  
sed per tres angelos, quos missos reperi,  
me deus eruit a porta inferi.
- 5 Accensus siquidem amore virginis  
in verno tempore, cum sol in geminis,  
illam elegeram in cunctis feminis,  
ut ei nubere in fide numinis.
- 6 Sic in perpetuum volebam subici,  
et collum subdere pene multiplici,  
sed a me trinitas patris magnifici  
movit per angelos in forma triplici.
- 7 In valle duplici, quam Mambre dicimus,  
venit per angelos deus altissimus,

(1) Bei Wright p. 77-85: *Golias* de conjuge non ducenda. 53 strophen. Andere hss. sind überschrieben: 'de tribus angelis, qui retraxerunt a nuptiis' oder 'naufragium nubentium secundum *Goliam*.' Nach Wrights introd. p. IX ist auf mehreren englischen bibliotheken eine prosaschrift 'Valerius ad Rufinam de non ducenda uxore' vorhanden, die von *Walterus Map* herrühre. Vgl. oben s. 30.

2, 3 pulcrum et teneram.

Lesing 9, 182  
vgl. Karwans Progr. zu den Sommerl. 1847 p. 2  
in rügareissimo libello qui inter Hieronymi opera Tomo XI editus  
est Vita inscriptus: Valerius Rufino, ne ducatur uxorem